



1978

L
1823

Dr. De. U.a. 11

Libb. med. H. 16.
~~H.~~ 16. V.







78 L 1823

AK

b
Disputatio. 2.

THESES

DE TEMPERA-
MENTIS DE QVIBVS
SACRO IVVANTE NV-
MINE IN ILLVSTRI ACA-
demia Iulia disputa-
bitur.

Præside

IOHANNE VVERNERO
Medicinæ D.

Respondente

IOHANNE MELLINGERO.

Anno tñs Ιωαθρωπογενίας 1590.
6. Nonar. Maij.



HELMSTADII

Ex Officina Typographica Iacobi Lucij, Anno
M. D. XC.

Слово
АЯНЧМЕТ ЭС
записано в сибирь
в Красноярске
в 1912 году
А. А. Янчменем
издано в Красноярске

Слово
ОЖИЯЗЫКИНО
Сибирь

Рецензия
ОЖИЯЗЫКИНО
Сибирь



Слово
ОЖИЯЗЫКИНО
Сибирь

L 57,

AMPLISSIMO VIRO,
NOBILITATE GENERIS, VIR-
TVTE, PIETATE ET ERUDITIONE
præstantissimo Domino Augusto ab
Asseburg, Domino & fautori
suo plurimum co-
lendo.

Magnam vim in dicendo habere stu-
dium conferendi, quod συζήτησις vocat
Cicero, & sententiarum ac argumen-
torum collationes, quib. materia uti-
lisima, ex præcipuis artibus depromptæ disputando
examinantur & euoluuntur, omnes sapientes &
docti testantur viri. Nil enim dulcius (ut de utili-
tate non dicam) excogitari: nil suauius esse potest,
quam audire ex homine docto, quid de maximis re-
bus sentiat, qua verborum lege, quam propriè, quam
modestè eas exponat. Ideo apud Euripidem verè
dictum est: ὅμηλία πάσας τὰς τέχνας ἔτειχε id est, commu-
nicatione sententiarum repertas esse artes. Et Sala-
mon ait: ut ferrum ferro acuitur, ita vir excitatur
viro. Quibus verbis significat & ingenia collatione
consiliorum atq; opinionum edoceri & exemplis ex-

A 2 cilari.

citari. Cum igitur tanta placidarum collationum
vis sit, tanta efficacia tanta deniq; in illis descendit
commoditas, rectissime me studijs meis consultu-
rum existimaui, si me hac in parte exercitatis cum
diligentia adiungerem. Cum vero iam sub presidio
Iohannis VVernerij Medicinae Doctoris de Tem-
peramentis respondendi prouincia mihi data sit, ac
Theses typis more Academico imprimi velim, eas
N. T. cum primis dedicare volui: non quod eas
N. T. quae alia & quidem grauiora tractat, usui
esse exissimem: sed quod N. T. singulari fauore &
liberalitate me complectatur, omnesq; & singulos, li-
terarum amans, amet literatos. His omnibus impul-
sus has propositiones Medicas N. T. lubens offer-
re & consecrare decreui, quas N. T. hilari vultu
& fronte serena accipiat quam submisse rogo.
Deum Opt. Max. precor, ut N. T. nobis omnibus
ac subditis uniuersis diu incolumem seruet: sic enim
& mihi & iisdem certum presidium paratum fore
confido. Vale. Helmsteti 6. Non. Maij. Anno re-
perata per Christum salutis 1590.

N. T.

Obseruantissimus

Iohannes Mellinger.

Theses.

De Temperamentis.

I.

Recetè in Medici contemplationem venit temperamentorum doctrina, Nam inde subiecti Medicinæ originem sumit. "consideratio

II.

Est temperamentum quatuor qualitatum Elementarium in mixto ratio seu proportio.

III.

Efficiens huius causa est mutua contrariarum qualitatum actio & passio.

IV.

Est autem Temperamentum duplex, Temperatum & Intemperatum.

V

Temperatum est quod in reliquorum medio est.

VI.

Temperamentum temperatum Græcis εὐηρετον καὶ σύμμετερο dictum, duplex est: unum απλῶς hoc est, absolute & simpliciter, alterum καὶ τὸ δὲ hoc est secundum suam speciem.

VII.

Quorum illud vniuersæ in mundo substantiæ ratione temperatum subiectum id est ad pondus seu vnguem: hoc verò singularum specierum respectu ad iusticiam solet appellari.

VIII.

Est ergo temperamentum temperatum ex æquis Elementorum coëuntium portionibus conflatum.

+ ad pondus

A 3

Hoc

I X.

Hoc ipsum cogitatione potius, quam sensu existere affirmamus: Ut enim detur maximè ad momentum tantum poterit durare.

X.

Temperamentum temperatum ad iusticiam est in quo Elementorum, animanti seu stirpi cuius conueniens consistit mediocritas.

X I.

Intemperatum est, in quo ab ipsa mediocritate recessus est.

X II.

Est verò vel simplex, vel compositum.

X III.

Simplex in quo una aliqua prædominatur qualitas, & sic est vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel siccum.

X IV.

Compositum est in quo duæ qualitates prævalent: sic caliditas cū humiditate vel siccitate est, vel cum ipsam frigiditas.

X V.

Nouem ita in uniuersum colliguntur Temperamenta, unus temperatum, intemperata octo.

X VI.

Quæ omnia cum latitudine summa debent considerari.

X VII.

Sunt porrò vel æqualia, vel inæqualia.

X VIII.

Aequalia sunt quorum partes æqualiter sunt affectæ. Inæqualia quorum partes hæc, hac qualitate, istæ ista sunt donatæ.

Temo

XIX.

Temperamentum intemperatum seu per exuperantium
(ut loquuntur) dictum, vel absolutè consideratur, hoc est, nulli
collatum, sed ad totam suam naturam relatum, vel non abso-
lute.

XX.

Non absolute viciſſim dupliciter, vel enim confertur vni-
cuius in mundo, vel cuidam Symmetro.

XXI.

Symmetrum hoc vel generis est vel speciei.

XXII.

Symmetrum generis est ubi reliqua animalia cum homine
medij temperamenti partice conferuntur, qua ratione quis eo-
dem humidior, canis siccior censetur.

XXIII.

Secundum speciei symmetron considerantur homines qui-
cunq; oblati ubi medium tenet ευστρεγης.

XXIV.

Hicce subiectimus temporum anni, etatum, humorum, ipsa-
rumq; partium temperamentum.

XXV.

Et ut inter humores sanguinem, sic inter tempora Ver
temperatissimum iudicamus.

XXVI.

Adolescentiam ex etatibus, e partibus volae manus cutem
temperatissimam statuimus.

Ad exc-



XXVII.

Ad extremum hæc maximè utilis est cautio, ut tempera-
mentum ascititum ab ingenito, aliaq; quæ per accidens, ab ijs
quæ primo ac per se sunt distinguas, quod nisi fiat, nunquam so-
brium de temperamentis feretur iudicium.

Απόρημα.

An idiovycogia è temperamento pendeat.

F I N I S.



IVXX

78L 1823

ULB Halle
004 592 395

3



f

56.





Farbkarte #13

B.I.G.	Black	White	3/Color	Red	Magenta	Yellow	Green	Cyan	Blue
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9

Disputatio. 2.

THESES

DE TEMPERAMENTIS DE QVIBVS
SACRO IVVANTE NV-
MINE IN ILLVSTRI ACA-
demia Iulia disputa-
bitur.

Præside

IOHANNE VVERNERO
Medicinae D.

Respondente

IOHANNE MELLINGERO.

Anno tñs Γανθρωπογενías 1590.
6. Nonar. Maij.



HELMSTADII

Ex Officina Typographica Iacobi Lucij, Anno
M. D. XC.